Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxx.

78

alabastro effudit super caput
eius. Erant autem quidam indig
ne ferentes intra semetipsos
et dicentes. Vt quid perditio ista
unguenti facta est? Poterat enim
unguentum istud venundari plus
q̃ trecentis denariis: et dari
pauperibus. Et fremebant
in eam. Ihs autem dixit. Sinite
eam: quid illi molesti estis? Bo
num opus operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vobiscum. et
cum volueritis potestis illis be
nefacere: me autem non semper habebitis.
Quod habuit hec fecit: Prae
uenit ungere corpus meum in se
pulturam. Amen dico vobis: ubi
cumque predicatum fuerit euange
lium istud in universo mundo:
et quod fecit hec narrabitur in me
moriam eius. Et iudas sca
riothis unus de duodecim abiit
ad summos sacerdotes: ut proderet
eum illis. Qui audientes gau
si sunt: et promiserunt ei pecuniam
se daturos. Et quaerebat quo
illum oportune traderet. Et pri
ma die azimorum cum pascha im
molabant: dicunt ei discipuli.
Quo vis eamus et paremus tibi
ut manduces pascha? Et mit
tit duos ex discipulis suis: et
dicit eis. Ite in ciuitatem: et occur
ret vobis homo lagenam aquae baiu
lans. Sequimini eum: et quocumque
introierit. dicite domino domus:
quia magister dicit. Vbi est refectio
mea: ubi pascha cum discipulis
meis manducem? Et ipse vobis
demonstrabit cenaculum magnum
de stratum: et illic parate nobis.
Et abierunt discipuli eius et ve
nerunt in ciuitatem. et inuenerunt
sicut — dixerat illis: et pa
uerunt pascha. Vespere autem facto:
uenit cum duodecim. Et discum
bentibus eis et manducan
tibus: ait ihs. Amen dico
vobis: quia unus ex vobis tradet me
qui manducat mecum. At illi
ceperunt contristari: et dicere singul
atim. Numquid ego? Qui ait
illis. Vnus ex duodecim qui
intingit mecum in catino. Et
filius quidem hominis vadit sic
scriptum est de eo: ue autem homini illi
per quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei si natus non
esset homo ille. Et manducan
tibus illis accepit ihs panem:
et benedicens fregit et dedit
eis et ait. Sumite hoc est
corpus meum. Et accepto ca
lice gratias agens dedit eis:
et biberunt ex illo omnes. Et ait
illis. Hic est sanguis meus
nouum testamenti: qui pro multi
tudine effundetur. Amen dico vo
bis: quia iam non bibam de genu
mine vitis. usque in diem illum